

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quare in spiritu sancto dicitur esse vtriusque concordia vel connexio. L

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

& dicti sunt Patrificiani, quia dicunt patrē fuiſſe paſſum. Arrianī vero dicunt aliud patrē eſſe, aliud filium: nō vna ſubſtantia, ſed duas: patrē maiorem, filium minorē. Noli hoc diſere tu Catholi-  
ce. In medio ergo nauiga, ut rūnq; periculofum la-  
tus deuita: & dic, Pa:er pater eſt, & fili⁹ filius eſt:  
Alius pater, alius filius: ſed non aliud. immo ho-  
piſum, quia vnuſ Deus. Ecce oſtenſum eſt quare v-  
niitas in patre eſſe diſatur, cum treſ illi vnuſ ſint.

*Quare diſatur eſſe & equalitas in filio, cum ſit vna &  
equalitas triū.*

NVNC videmus quare & equalitas diſatur eſſe  
in filio, cum vna & ſumma & equalitas ſit triū. Hoc  
ideo forte dictum eſt; quia fili⁹ genitus eſt à patre  
& equalis gignenti, & dono q; ab vtroq; procedit: &  
ideo illa tria diſuntur eſſe equalia propter filium.  
Filius n.habet à patre, ut ſit ei & equalis & ſpiritu  
S. & ſpiritus sanctus ab vtroq; habet, ut ſit equalis  
vtriq; Hoc autem ſine assertionis ſuperſilio & ma-  
ioris intelligentiæ preiudicio diſimus, malentes  
in apertione tā clauſorum ſermonum peritores  
audire, quam aliquid aliis influere.

*Quare in ſpiritu ſancto diſatur eſſe vtriusq;  
concordia vel connexio.*

QVOD autem in ſpiritu S. diſitur eſſe vtriusq;  
concordia, & per eum omnia connexa, facilior  
eſt intelligentia nobis præmiſſa ad mētem reu-  
cātibus. Supra enim ſecundum authoritates san-  
ctorum dictum eſt, quod ſpiri⁹ ſanctus amor eſt,  
quo pa:er diligit filium, & filius patrem. Rechte er-  
go ſpiritus ſanctus diſitur connexio vel concor-  
dia patris & filii, & per eum omnia connexa. Vnde  
August. in quinto lib. de Trinit. Communio quæ-  
dam conſubſtantialis patris & filii eſt, amboſum  
ſpiritus ſanctus. Idem in ſeptimo libro de Trinit.  
ſpiritus ſanctus eſt ſumma charitas vtrumq; cō-  
iungens, nosque ſubiungens.

VTRVM

*Cap. II. ad  
finem.*

*Cap. 3. ver-  
ſus finem.*